

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7213

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens donnés aux moines du Bec établis dans l'église du Pré, à Rouen, par une charte de Henri Ier datée de Winchester en 1122.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 182.
- b. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 612.
- c. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canoniciis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1100.
- d. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 16, p. 5-6.
- e. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXXXII, t. 2, p. 104-107.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1178 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 104-105. Souscription de Richard du Hommet, mort en 1179 ; Henri II a repassé de Normandie en Angleterre en juillet 1178 et restait en Angleterre jusqu'au milieu d'avril 1180. Cet acte, qui porte la formule Dei gratia, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après e

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse in perpetuam elemosinam, pro salute mea et heredum meorum, et pro animabus patris mei et matris mee Mathildis imperatricis et omnium antecessorum meorum, Deo et ecclesie Sancte Marie de Prato Rothomagi, et monachis Becci ibi Deo servientibus : ex dono Mathildis regine, Mesnillum et Bezdane, et molendinum de Karevilla, quod vocatur molendinum Regine, cum omni libertate sua, et ecclesiam

de Auborvilla et decimam. Et ex dono Henrici avi mei, pii amatoris et fundatoris ejusdem loci, manerium in Normannia quod vocatur Bures, et omnia ad illud pertinencia, cum toto dominio et cum omnibus regiis libertatibus, consuetudinibus et quitanciis ad me pertinentibus. Et in forestis meis Auvi et de Alihermont, quicquid ad opus ejusdem manerii necessarium fuerit ad ardendum et ad edificandum, et plenariam pasturam et pasnagium quietum sibi et hominibus suis in eisdem forestis ; et de parco Rothomagi totam decimam feni ; et decimam de foresta de Romare ; et prata sua de Valle Fenili et famulum qui custodit ea ; et in foresta de Roboreto quicquid eis opus fuerit ad ardendum, et ad omne quod sibi necessarium fuerit faciendum et edificandum ; et plenariam pasturam liberam et quietam omnibus animalibus suis per totam predictam forestam, et pasnagium quietum per omnes forestas meas de Normannia, sibi et hominibus suis de manupastu eorum, nisi negotiatores fuerint. Et nundinas de Ermentruvilla, et libertates earum in omnibus locis et in omnibus rebus, et in unoquoque anno XL. modios vini de cellario meo Rothomagi, scilicet de mediatione mea, reddendos sine contradictione ; et VI. modios de mediatione de Waeneio, reddendos apud Gwerni. Et manerium in Anglia quod vocatur Estiventona, et omnia ad illud pertinencia, cum omnibus regiis libertatibus et consuetudinibus et quitanciis ad me pertinentibus. Et in foresta Fiscanni, de dono Mathildis imperatricis, matris mee, et meo, totum campum de Wilerville, a profundo vallis de Bernovilla usque in profundum vallis de Petrafike, per divisionem terre Nicholai de Estotevilla et divisionem terre Roberti de Joveneio, in ministerio de Estrutart, et duas capellas cum elemosinis ad eas pertinentibus ; et de dono matris mee, IIII. libras apud Pontem Arche de pescatoribus, quas annuatim reddere solebant pro libertate pescationis sue. Et preter hoc concedo eis et confirmo in perpetuam elemosinam decem libratas redditus in manorio de Wesberia de elemosina Guillelmi Deffublati. Et ex dono Richardi presbyteri, ecclesiam de Fuletot, cum terris et decimis ad eandem ecclesiam pertinentibus, sicut idem Richardus umquam melius eam et plenius tenuit. Has teneuras et omnes alias teneuras suas, quecumque sint et ubicumque sint et de quibuscumque habeant, sive in Normannia sive in Anglia, volo et firmiter precipio ut habeant et teneant bene et in pace, integre et plenarie, honorifice, libere et quiete, in omni potestate mea, ab omni theloneo et passagio et mediatione et omni alia consuetudine et de omni seculari servicio et opere servili et exactione et servitio hominum de manupastu eorum, et de omnibus querelis et occasionibus et sine aliqua contradictione, et ad mare et ad terram, et in pratis et in aquis et in molendinis, in viis et in semitis, et in civitatibus et in villis, et in castellis et in domibus, et in forestis et in nemoribus, et in pasturis et in essartis, et in vivariis et in stagnis, et in omnibus locis ; nunc et in sempiternum, sicut aliqua ecclesia in regno meo potest liberius tenere, et insuper sicut teneo mea propria, cum multro et morte hominis et plaga et mehaing et sanguine, et duello et latrone et aqua et rato, et cum omnibus aliis regiis libertatibus et consuetudinibus ad me pertinentibus. Et preter hec concedo et confirmo eis in perpetuam elemosinam tres masuras terre, et domos desuper, quas Aufrida de Ponte Audomari tenet in Rothomago, quietas de omni censu et consuetudine et omnia alia re, excepta sola mea mediatione de vino. Et ut hec omnia et omnia alia que fideles Christi eis contulerunt et in futurum contulerint inconcussa et incontradicta remaneant, nunc et usque in sempiternum, regia hac auctoritate confirmo et sigilli mei impressione et subscriptorum testimonio corroboro.

Testibus : Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi, Ricardo de Hommetis constabulario, Roberto comite Mellenti, Warino Filio Geroldi camerario, magistro Alveredo, Gocellino Crispin et Guillelmo filio ejus, Hugone de Gournayo et Roberto de Haricuria.